

nalis denominatione ab Herbarijs insignita, & euulgata fuit, ut conijcere potuimus. Ob elegantiam igitur nos, & nouitatem illam obseruantes, atque ad proprium genus reuocantes, ex notis alijs a nobis pro cognitione specierum plantarum in minus cognit. Stirp. 2. part. traditis, illius tam praeclarum Cardinalis nomen delere, aut immutare nullo pacto volumus, imò potius clarius reddere, atque sub generico nomine ad suam speciem, uel proprium indiuiduum referre. Itaque Cardinalis appellationem in genere sumptam, praestantem proculdubio beneq. conspicuum Cardinalem exprimere palam est, unde profecto in Vrbe, hoc praesertim quo innotuit tempore felici Barberinum Cardinalem subindicare uoluisse, sicut existimare debuimus, ita omnibus decreuimus declarare, qui praeterquam quod omni scientiarum genere in hac sua uirenti aetate praeditus, sanctissimisq. moribus perornatus exiit, prudentia quoque maxima, ac erga omnes humanitate, pietatisq. summa studijs nemini unquam secundus, ac merito quidem Nepos Sapientissimi ac Beatissimi Pont. Max. Vibani VIII. quapropter Cardinalis, ut diximus denominatio, tali de purpura conuictio Pontifici Summi Nepote plerisque intelligere, ambigendum non est, quam cum natura, sanctiq. animi conatibus Apum Regum, reliquarumq. secularum inter mysticas illas, nobilesq. uolucellas, praeclaras uirtutes in subditis recte regendis, omnibusq. benignè fouendis abundè praeseferat, non sine mysterio Apum Insignia trino numero, tribus angulis disposita à suis maioribus delecta fuerunt, mirabili quodam, uel ita dicam, praesagij spiritu, quasi praescijs hunc futurum qui Maximum propè Patruum in magno locum Christiani Orbis onere sustinendū, regendūq. leuamen afferret, quorum praeclarissima gesta cum Amicis litterarum cultoribus non raro commemorantes, debitisq. laudibus proferentes synopticos, emblematicisq. encomijs ab Illustris. & Excellentis. Principe Federico Caesio Lynceorum Insultore, ac Principe doctissimo, in Apiario ex naturalis sui Theatri Frontispicij de prompto, non minus aptè quam eleganter in Barberinas Apes prolatis, plenius recolimus, ad quod Romae annis praeteritis impressum, leflorem adegamus. Non abi re interim plantam hanc suo Cardinalis nomine simpliciter receptam, posthac addito Illustris. Barberini cognomine proferendam producimur: Eoque magis cum hanc hucusque à nemine descriptam, nos primū obseruauerimus, illiusq. historiam, plena cum icone publici iuris fecerimus: itaq. cognomine, Amplissime simul & doctissime Barberine, decoratam, tibi dicere humiliter atque offerre ausi sumus. Sit illius in plantis nomen, qui inter omnimoda studia illarum quoque & scientia, & nominibus non parū oblectatur, eaq. speciosos suos Apibus Barberinis exhibeat flores, uigente semper atque nitente purpura, quibus fouentibus diutius reliquas inter fulgere poterit. Ex radice igitur haec perenni, uegeta, fibrosa, candida, repente lateribus, cespite facile se propagante, tenera, laetefcente, dulci, cum pauca caliditate, plures caules, siue soboles, iuxta radices uetustatem, & ueritatem promente Aprili mense, sed primo uere folia in terra strata erumpunt, uulgaris Rapuntio non dissimilari: si quia minora, & angustiora, laeua, obscure uirentia, & in orbem iuxta radices caput expansa, qua deinde in laui candicante rotundo, sed anguloso caule (tripedalem obseruauimus, & aliquando multis alis diuisam) qui crassior, & uegetior est Rapuntio uulgaris, minimi digiti crassitudine, maior & latiora sunt, illi alternatim haerentia, & cochleatim quino ferè ordine circumdantia, semperq. maiora, uel in medio caule semipedalia fiant longitudine, ac duarum unciarum latitudine, parum incurua, per ambitum dentata, illaq. disrupia lacte manantia, sicuti tota planta uerū non ita copiosa ut in cūgeneribus, sed exigua. E medio caule folia decretere incipiunt ad summum usque, in quo flores coaceruati in spicam crassam, longam, dodrantalem, & in summo duplici ueluti umbella coronatam Iunij initio obseruauimus:

FLOS CARDINALIS BARBERINI.



ua uimus: illisq. se perfectiōibus spica producit, & flores rariore ordine inter foliorum alas densè exeruntur, breuis petiolo haerentes, & ex calyce quinquefoliato Rapuntij modo, tubulo oblongo sesquialciali, & in summo colore saturè coccineo, bilari admodum, paulatim debiscentes circa finem Iunij, in quinque foliola diuiduntur nouo quodam rita in hoc genere, ut tria foliola dependant effigie barbularum, bina alia superiora, & angustiora ueluti ala obliquè, tubulum medium exiguum ex illorum centro siue medio emicantem amplectentur, colore etiam coccineo, in cuius summo caput caruleum, siue uioleaceum auicula cusudam rostrum incuruum amulans, proferitur. Ab alijs congenerum floribus hi variant, ut non Campanulas, sed galericulatos potius flores imitari uideantur, non parum ad Gladioli flores accedentes, quamquam natura sint tubulosi: at in summa dissectione differentes: quod in nullo alio plantarum siue florum, nisi in hoc Rapuntiorum genere, hucusque obseruauimus, ut in corniculato montano Rapuntio diximus, in nostro minus cognit. Stirp. Volumine suo capite: ac etiam in 2. part. cap. de Rapuntio umbellato, & sequentibus, & in Cretico Rapuntio, Petramarsala dicto, etiam variante. Huius floris medius tubulus, ex quo caput exeritur uioleaceum, supernam externi maioris floris tubuli partem distumpit, relicto canali, sicuti, & medius internus stylus fructui insidens. In floris exte. na parte ima supra fructum si tubulus eximatur, melleus liquor non paucus reperitur, qui etiam in Viola Mariana dicta congeneri conspicitur. Huius flores non modò in hortis, & fr. Tibibus summo studio coluntur, & expetuntur, quia copiosi, & bilari coccineo colore conspicui, oculis offerunt uoluptatem, sed etiam, quia diutius immarcescentes permanent, ut tota spica sit florida, & in phylla reposita cum aqua pluribus diebus feruntur, paulatim debiscentes. Fructus in calycibus extuberantiores obseruantur perfecti, semina flauicantia minuta, ut in congeneribus continent: Iulio & Augusto mense perfectiuntur, & ab imo planta denud reuergunt. Sapor dulcis in tota planta cum quadam caliditate, ut in Viola Mariana obseruatur, qua etiam ad Rapuntiorum genus refertur. Vires Rapuntio similes, atque validiores esse propter maiorem acrimoniam dulcedini mixtam, non dubitandum arbitramur, de quibus alijs plura diximus in nostro Phytobasano cap. de Erino Diofcoridis, & Nicandri, inter quas Alexipharmacas cōueniunt, ex Nicandri sententia retulimus. Hanc obseruare liquit ex humanitate reuerendi admodum & doctissimi Viri Ioannis Baptistae Serfalis Clerici Regularis Neapolitani Theatorum, rariorum florum cognitione praestantissimi, à quo & alia praeterea, rarioraq. nobis communicata sunt, de quibus suo loco. Cap. 228. Cap. 15.

De alia specie rariore, tuberosa radice, quam Peruanū Aserem & Farnesianum florem (quia in horto Illustrissimi Card. Farnesij Romae primū cultam uidimus) nuncupauimus, in nostra minus cognit. Stirp. Ecphrasi in 2. part. uerba fecimus, iconem cū historia apponentes, sed nunc ex ipsa uita planta apud nos culta, obseruationem proponimus. Radix nititur tuberosa, foris flauicante, intus albicante, succosā, dulci, aequo sapore, foris ueluti geniculata in uetustiore, sed in nouella radice rotundiore aspectu, & in acutum candicantem extumescente, & multos bulbulos emittente: ex qua post annum caulis unicus, uel plures enascuntur, folijs primū binis rotundis, deinde oblongioribus, cruciatio ordine ex aduerso caule haerentibus usque ad caulis sesquipedalem altitudinem, postea alternatim haerere incipiunt singula, & alas inter illa edere: sed post adeptam caulis magnitudinem ferè arboream, in con effigiem floridam plantam aspicias, stellatis floribus, luteis, tripollicari diametro, squamosi capitibus insidentibus, ut iam depinximus: oculus bilari aspectu recreantibus. Semine simili, sed minore admodum, nigrescente cortice, medulla ingrata sapore & odore, mimè ut uulgaris eduli: quo tempore radix in imo caulis fibrosa, & lignosa reperitur, in extremo fibrarum bulbulos exiguos proferens, ad nouam sobolem propagandam: reliqua ibi uide. Cap. 229. Cap. 17.

Trigono fructu, calida temperie obseruatur, praeter Irides, Xyrides, ut Collega noster annotauit, Obamelia tricocos, Thyrsymalorum generis, Heliotropium minus, Ricinus, Bulbacea non pauca, Elleborus albus, Aconita cum quibus Scaphis acria, & alia.

Ex genere Medij siue Iacearum uulgo uidetur, calyce squamoso. Cap. 230. Cap. 18.

Florum positus in geniculis plurius simul, Galij uel Rubia genus expriment, fructus Cerasis admixtis, at exiguis & coaceruatis, à nobis obseruatus est in nouo quodam Galij genere, à Sicilia missi: rufescens, mollis, quo marcescente, semina bina remanent etiam coaceruata, rubescēte.

Eccc 3 & Ga.

Chimalat?

After Peruanus Farnesianus flos.

Eius obseruatio plenior.

Miculan-collā.

Nexilco-ly. Tlalcapetlin.

Galiū è Sicilia fructu rubescēte.

Galij ritu, de qua, Triuno aspirante, cum alijs rarioribus suo tempore plura.

Pag. 231. Cap. 20.

Tlaxochi-
li. Folia terna simul herentia, longa pollices tres, & minimi digitum lata, in Recchi exempl. & vires adstringentes, *Lysimachia* familiam referunt, quamvis flores *Viscaria* dicta sint similes, calida, frigida ve. *Lysimachia* ex Galeno non habemus: vide quae notauimus fol. 105, & alias figuras fol. 418.

Scilicet
Libanotis
Rosmarini
us Cachy
ser Apuliae. In Cerignolano Apuliae agro copiosum, spontaneum, *Cachryserum*, *Rosmarinum*, siue *Libanotis*, 30toq. caule resinosa crusta, veluti scabie infecto, resinaem emittentem obseruauimus anno 1600, multamq. ex caule collectam (ut Plinius etiam retulit in caule proferre) Imperato nostro tunc temporis misimus in admirando suo naturalium rerum Museo reponendam. Nominis & figurae similem reperies planta iconem fol. 442.

Pag. 233. Cap. 24.

Taxaci-
huili. Radix lutescens, folia longa pollices duos, lata dimidium vel amplius in Recchi exempl.

Pag. ead. Cap. 25.

Axiopalis
Coquitatis Duae planta *Axiopalis* describuntur, est tamen icon eiusdem nominis fol. 355, sed qua huius descriptioni minime respondeat, an pictoris fuerit culpa, ignoramus.

Pag. 235. Cap. 28.

Tallantia-
euacuita-
pilli. *Thalictri* nostratis, & sic ab Herbarijs dicti, radices cathartica experimento dicuntur: *Rhabarbari* colore, & viribus.

Pag. 239. Cap. 34.

Asicunacan
diueticum. Quoad primam iconem: Radicis color fuscus obsoletus: folia rotundiora in Recchi exempl. lata pollicem cum dimidio, longa duos, & dimidium. De quarta icone locuti sumus in cap. 28. lib. 5. supra de *Tacuache*.

Pag. 241. Cap. 38.

Coccapalis Eiusdem nominis alia reperitur icon fol. 453. longe differens.

Pag. 250. Cap. 46.

Quagahab
Xentic. Eiusdem nominis alia est icon longa radice, & alijs differens fol. 399. sed sub synonyma appellatione *Tzacapalis* fol. 450. sub numero sexto huius varietas reperitur.

Pag. 252. Cap. 48.

Axochiatl.
Lysimachia
Virginiana **Lysimachia Americana.**



Prima iconis plantam, ni fallimur, vel illi admodum similem, satam habemus ex Virginia Novi Orbis allatam, & sub nomine *Lysimachiae luteae* a doctis. Ioanne Pona Veronense nobis cum alijs rarioribus dono missam, cuius flores (pictoris fors incuria in summo non dense depicti) siliquis insidentes apparent, longo lobulo prodeuntes lutei, qui crescente caule paulatim inter foliorum sinus alternatim, & in spicam disponuntur: marcescentibus vero illis crassescunt, siliqua quadrata, duas uncias longa, dura, & perfecta, in quatuor partes debiscentes: copiosa intus, parua, angulosa, fusca, insipida, semina continentes, & facile, vento agitatae plantam, decidunt, ut necesse sit cum incipiunt debescere, colligere. Augusto floret, & Septembri perficitur. Folia sapore insipido, quae prima facie *Keiri* siue *lutea Viola* similia videntur, sinibus leuibus excanata, quae in caule vix sinuosa apparent, ut facile salignis equiparari poterint. Flores fructui insident longo tubulo, foliato capite, qui est quatuor foliolis constructi sint, non tamen ideo cum *Keiri* aliquid commune habent, siliqua non bivaluis, non capitata, nec semine compresso: nec etiam cum vera *Lysimachia* folijs inordinatis, non ternis, nec adstringentibus: fructu diuerso cum siliquosa dicta si-

si siue *Chamaenerio* non parum, nisi semina huius non papposa essent. Planta est leuifolia, radice longa parum, & fibrosa, lignosa, quae regerminare solet. Iconem expressam addimus. Aliam eiusdem nominis plantam bulbosa radice, infra reperies alterius generis fol. 257.

Pag. 255. Cap. 54.

Secunda iconis planta ad *Violarum* speciem referenda videtur, quia fructu trigono, semine turbido eodem modo, quamuis non flore, sed radice cathartica ponatur.

Pag. 256. Cap. 55.

Conuoluulo laciniato *Alibae* folio *Clusij*, similis videtur, atq. radice haec tuberosa differt.

Pag. 258. Cap. 61.

Sub synonyma *Tlamacazquitapapan* vel *Coapatli* depingitur alia icon, & florida fol. 414.

AD LIBRVM OCTAVVM.

Pag. 261. Cap. 1.

An ex genere *Rapuntij*, siue *Erini*, vide de his in nostris voluminibus.

Pag. 263. Cap. 3.

Potamogeton vulgare spicam edit plantagineam, ut in lacubus montanis obseruauimus, hinc illam potius *Plantagine* lacustrem diceremus, haec autem alio modo florida est, quare sui generis videtur. Depingitur alia nomine, & genere similis fol. 247. sed quae *Lulum*, siue *Spicam* nostratis vulgaris *Potamogetonis* fortè similem exprimere voluerit.

Pag. 264. Cap. 4.

Folia duas uncias lata, & parum oblongiora, in Recchi exemplar. *Atehuapalis* alia icon est fol. 354. folijs *Vrticæ*, verum radice variat rotunda.

Pag. 265. Cap. 6.

Prima iconis flores non sunt leguminosarum, sed potius *Conuoluulorum* colore puniceo, secundum eundem vero spica vel capitella, ex cinereo-purpureis squamis conflata, ex quibus prominent, an flores vel fructus, vix dignosci potuit, scuti siliqua è regione depicta, colore cinereo, maculis ad purpuram inclinantibus.

Pag. 266. Cap. 7.

Huius flos, ut ex icone in Recchi exempl. coloribus expressa, colligere potuimus, ad praefatum *Orchidum* genus referri posset, quamuis non in spicam, ut in illis, sit dispositus. Colore sunt extima petala carnea, colore pallente, maculis inscripta purpureo-rubentibus, media candidantia, rubentibus punctis puniceis: interna verò ad violaceum inclinant. Radix non testiculata, sed bulbos coniunctos refert, quod mirum in planta talem *Orchidis* florem emittente: quorum genus fecundissimum vitanam sempiternam prolem *Lynceis* pronunciet & ferat, quemadmodum ipsa sibi planta proferendo perennat.

Pag. 269. Cap. 11.

Huiusmodi plantas, ut diximus in 2. part. minus cognit. *Hispan.* cap. 27. ad *Blisi* genus potius referendas putamus, quia flore, & semine non sunt *Atriplici* similes, sed ipsi *Bliso*. A clarissimo *Clusio* similis pro *Atriplice* baccifera syluestri exhibetur. Huius bacca coccineo colore inscitur, nec post annum euanido, ut in alijs plantis.

Pag. 271. Cap. 12.

Romæ, & Neapoli iam multis abhinc annis caules (arbores certè dixeris) istius generis planta proulerunt, bene scilicet grandes eos, & viginti ac triginta pedum longitudine pluribus circa summum ramulis, floribus in condensas gradatim eruptiones onustis, cuius iconem peritissimum *Camerarius* cum suo Horto medico, & *Hercynia* *Thalij* ante alios omnes anno 1588. num. 5. proposuit, accuratamq. ad eam *Cæsalpini* descriptionem indicauit, præter ea quae in suo Horto pag. 19. de ea adnotauit, ut iam nec picta, nec verbis descripta facies villo pacto deesse possit, quapropter non opus erat ab alijs multis post annos iterum proponi. Quam verò hoc capite imaginem habemus, alterius humilioris quidem species est ab ea, quae arborecenti caule nostris in regionibus reperitur, & floribus magnitudine potius, quam multitudine conspicuis, unde nostra inter sequentes erit, quae absque flore proponuntur.

Ment. ex lib.

Pag. ead. cap. 13.
Cathartica hæc & latea, quæ à virium utilitate in toto hoc genere, quasi insignior notatur, abique flore hic est, nec ab hospita nostra reliqua figurâ multum differt.

Ment. ex lib.

Pag. 272. cap. 14.
Asperior hæc aculeis, & minor ab omnibus non parum distinguitur.

Ment. ex lib.

Pag. ead. cap. 15.
Hæc verò sui, vel alterius quidem à reliquis hujus Maguæ esse generis, tam ex icône, quam ex historia apertum videtur, non enim ex folijs, & alijs, sed ex flore, & fructu, vel semine plantarum species, & genera dignoscuntur, ut plenius in nostra rar. stirp. 2. part. diximus cap. 27.

Ment. ex lib.

Pag. 274. cap. 16.
Plures hic species, tres icones habemus, prima à reliquis differt, quæ inter se conveniunt magis, Elegantiõ illa, & singulari floris productione spectabilis, necnon tenuissimo inter alias cernens numerosoq. folio. Plures profectò desideramus, quæ vix indicantur.

Ment. ex lib.

Pag. ead. cap. 17.
Caremus bucusque icone, sed 8. fortasse accedet, cum montana pariter dicatur, sed tenuibus spinulis, facultate quidem baud spernenda.

Ment. ex lib.

Pag. ead. cap. 18.
Hæc latea pariter dicitur, ut 5. cui & figurâ similitis est.

Ment. ex lib.

Pag. ead. cap. 19.
Paruitate hæc distat, titulo autem eius aduersus febres facultas extolli videtur, quæ certè satis ampla videri potest, si omnes comprehendit, & intus extraque adhibita idem præstat.

Ment. ex lib.

Pag. 275. Cap. 20. 21. & 22.
Harum quas habemus due imagines faciem aliquantulum ab alijs diuersam in foliorum ratione ostendunt, sed flores desunt; priores amba pannorum gratia expetuntur, dum fila exhibent præciosa tenuitatis, ac nervi, præsertim quæ inde lenissima dicitur, delicatiorèq. ex ipsa facie inter omnes constitutionem ostendit. Vltima medicina potius gratiâ. Vtinam omnes adferantur, ut suis omnibus cum paribus observari à nobis possint; & frequentiorè viõ usum, habere simulque & hortos nostros exornare, siquidem genus hoc, specie perquam eleganti, & numerosa varietate ita oblectare valet, sicuti & præcipuis viribus, multisq. & multiplici usu prædesse, atque iuvare.

Ment. ex lib.

Pag. 276. Cap. 23.
Faciat una hæc Mexicani nostri Thesauri planta, quominus quispiam à naturalibus semotis studijs, aut illis sobriè addictis, Naturæ vires restringere audeat, & illa duntaxat quæ ipsemet proprijs oculis viderit, admittere velit. Proximè elapsi seculi Botanici, imò illi etiam qui ad hanc usque peruenierunt ætatem, vis à huius Tigrini floris imagine, imposuram timuerunt, simulque cum florilegis omnibus baudquaquam reperiri huiusmodi florem in rerû Naturâ existimant, quasi verò defuissent Naturæ industria, facultates, instrumenta, quibus elegantiora, quæ videntur nobisq. spectanda magis, concinnare potuerit. Dum igitur, qui edidere, potius malè audierunt, nemoque voces, aut suspicionem comperere, allata ipsiusmet planta notitia potis est: En prodit flos ex occidentali ipsius penu, proditq. ipsa præmissa (quæ perturbata aliquantulum exierat) imagine pulchrior, nomenque patriâ lingua secum fert ab ipsa Tigridis similitudine. Et quid magis? pulchriorem multo eodem in bulboso genere, & maculoso disperforum, & colludentium colorum ornati Lyncis nostræ subsequitur florem, in quo spectanda magis non macularum tantum varia perfusio, sed & figura ipsius ratio. Animalia certè ipsa suis nominibus, & varietate habes fol. 498. & 512. à doctissimo Fabro Collega exposita. Nû abs re igitur Dodonæus iconè dedit, nec improbandus est quamvis patriam nesciuerit, licet icone pictoris defectu minus rectè expressa, ad Dracunculos à Bulbis amandauerit, nec enim plura, aut alia accepti à D. Brancione (qui dicitur ei misisse) quæ proferre, & dignoscere posses, & ditandi, si quis huius studij gratiâ ea dederit, quæ conquirere potuerit, licet non omni ex parte explorata, ei tamen grates à studiosi habendæ sunt, non enim omnia ab ipsius Naturæ plenius largientis manibus excipere possumus, nec alias atque alias remotas, ut opus esset regiones vistrare ad minutiores usque observationes pro desiderio, cuique datum est. Bene ita protulit inde Lobelius, & cum Dodonæo de Dracunculi affinitate dubitavit, radice præsertim, nec non floris longius rudisque producti occasione, si verò ambobus illis videre, & observare minimè datum est, certè misse

Ment. ex lib.

Ment. ex lib.

Floris Tigridis Dodonæi ico.

Lobelij quoque corrigenda.

nuncio icone qualicunque edita alijs saltem desiderium habendi excitarunt, ut facilius multis simili quærentibus, & indagantibus, res tandè ipsa comparere inde posset. Iam igitur icone nostra restituenda ea est, ut non solum in flore ea fiat emendatio, quam Collega noster Terrentius indicavit, sed etiam in bulbo, ac foliorum ab eo productione, ut ceteros ad bulbos reducat. Plenior porro conspectus ipsius viventis plantæ ad nos traductione exquirendus est, cum alijs compluribus, quorum & nomina, & historias, & icones habemus hoc in volumine, plenoq. cognitionis iure non iam ad Indos tantum, sed ad nos quoque Auctorum, & Promotorum operis beneficio spectant. Hæc porro à Lynce & Tigride appellata, præter ceteras dotes, pulchritudine complures præcellere ex illis poterunt, quæ à florum prærogatiuis in pretio hodie summo, ac in delictijs habentur, si non primas prorsus inter eas omnes habere. Quamvis enim multa in hoc libro ex bulbosarum classe plantæ non sint, quod Auctor noster (ut à plerisque hodie fieri consuevit citra ullam Naturæ, aut virium proprietatumq. considerationem, citraq. historicam ipsam, vel sedulam saltem observationem) flores sibi perquirendos in delicias minime proposuerit, sed tantum medicas res in sanitatis emolumentum, peculiareq. proprietates in naturalis scientia additamentum, nobis seligere congerereq. voluerit: illa tamen quæ ex bulbosis adducuntur, si pulchritudinem, & elegantiam, si vires ipsas respicias, multarum ad instar esse poterunt, & pro multis satisfacere, selectissimis licet floribus, vel etiam illis, qui aliud hoc in genere ab ipsis floribus desiderant nihil. Secundas ferat à Lynce Tigridis hic flos, cui & Indicam aliam & maculosam & è bulbis pulchritudinem subnectamus, non sine raro quodam interim ac mirando, præter consuetum in bulbis, Naturæ opere.

Narcissus Indicus Serpentarius.

παραφυλλος, siue πολυκαρπος.

Cum enim non longè ab similibus sit, maculis non in flore, sed in caule, & hæc Indica bulbosa planta nuper nostro sub Cælo aduecta, nec ab aliquo bucusque descripta, inter has Mexicanas in studiosorum gratiam libuit reponere Excellentis. Principe nostro Cæso annuente. Hæc sub nomine Narcissi Indici missa fuit, à quadam forsitan cum Narcisso similitudine, radicis nempe bulbosa, & magnæ, foliorum duorum, quæ plana sunt, equalia, & minimè carinata, quinque unciarum latitudine, & bipedali longitudine, carnosa admodum, ut meritò inter ea quæ Theophrastus folio pulposo, siue carnoso cõstare ait, græcè, φύλλα σαρκώδη sit cõnumera & ideo πλάτα παραφυλλο. Certè pulposamagis nō nouimus, nisi quis Aloë folia in mediū adducat, quæ dorso suis crassiora. Huic humi ex opposito strata iacent suo tempore folia, quæ ut in autumnali Narcisso, & Colchico euenit, post floris amissionē emergere solent. Autūni initio, caulem promit pedalem, aut maiore, nō rotundū sed depressū, ex viridi pallentem, maculisq. distinctū, ac variegatū, obliquis purpurascensibus ex castaneo colore Serpentiaria, siue Dioscoridis Dracuntij caulis amulum, unde cognomen nobis interim inditum. In eius summo flos emicat nudus ipse floris folijs in conestigiam siue spiculi conuolutis post primas Aestatis sine pluias, qui debescens magnus fit admodum, trium ferè unciarum diametro, magnis folijs carnosiss, duris, parum striatis, septem externis, & tribus minoribus internis, colore sanguineo rubente, internâ verò parte dilutiore, magnum calycem efformans, in quo veluti in Carduorum capitibus obseruatur, quæ flores habent singulis seminibus insidentes) copiosi fructus densi



uales, Oliuæ nuclei magnitudine tunc temporis, vi-
renice

ventes continebantur, ut *αδωκαργος* dici possit, nulli bulbosae similis. Hi singuli prater medium stylum oblongiorem oblongo candidante capite micantem, senu exilita stamina rubentia, capitibus luteis desinita, quinque angusta rubescentia foliola ex brevi candidante petiolo e summo fructu prodeuntia, staminula, & apicem continentia deserunt: ut magnam pilorum congeriem rubescentem cum capitellis luteis calycem floris replentem. (quod hucusque in nullis bulbocicis est obseruatum) oculis offerant non ingrati, vel potius nouitate admirandam, & contemplandam. Sic iste rarior flos, uerius dici poterit duplex, cum foliatus sit magnis folijs externis, & interius etiam exiguis foliolis, qua stamina cum stylo supra singulos obseruantur fructus, quod in Rosa, & Lilio non obseruatur, cum tantum pilosam congeriem staminum intra se contineant, & tamen a Dioscoride dicitur, Flos, qui in medijs Rosis inuenitur, & *ἡ ἐν μέσσοις τοῖς ῥόδαις ἰσχυρὸν παρὸν ἄδωκ.* Florem appellans pilosam congeriem, seu stamina lutea interna. In nostro flore uerius alij stoculi foliati exigui, stamina & stylum continentia obseruantur.

Quapropter in diuisione illa florum a nobis in initio proposita ex Theophrasto, qui ait, Flores alij sunt foliati, & simul lanuginei, siue pilosi, ut qui bini sint, & bicolores, ut silicet foris sint foliati, & internè pilosi, ut alterum alter contineat uelut Rosa, & Liliū &c. Addendum sit, & sic distinguendum: Quod alij flores sint extrā, & infra foliati, & insuper interius pilosi: quorum alij terni, ut in noua Datura specie nigro-purpureo flore, atro uirentibus folijs obseruatur, a doctiss. Io. Pona in suo Baldo Italico, & ab Alpino in lib. 2. de Exoticis descripta. Alij uerò bini, ut in flore Narcissi candidi marini, & congenerum lutescentium terrestrium: Et in alio genere in Primula Veris, cui alter flos alteri insidet. Alij bini, quia proliferi, ut in Calendula, qua perfectos alios flores foliatis, & pilosos ex primo producit. Alij bini, extra silicet foliati & intra pilosi, ut de Rosa ab Antiquis traditum fuit. Alij singuli & in totum foliati extrā & intrā, ut de Primula Veris multiplici siue pleno flore & similibus. Hanc alij unico folio integro, diuisuram tamen in summo habent, ut Viola Mariana, & congenerum, Cucumeracea, qua colum habent comatum. Alij unico folio nec diuiso in summo, sed tantum lineis siue plicis coniunctionem distinguunt, ut in Beassica marina, Scammonio, & similibus habent stamina, & hac satis.

Anno praterito in scilicet floridam obseruare licuit apud Illustriss. D. Bernardinum de Corduba Catholice Maiestatis à Consilij Status, & Neapolitane Arcis noue iuxta mare gubernatorem, qui ut diximus, prater alias disciplinas, naturalium est studiosissimus, iam Sole Libram ingressuro, imaginem excepimus, nec amplius ob aduersam ualetudinem fructus, & seminis perfectionem obseruare licuit, cum recisum etiam florem dono amicis miserit. Ex fructu quidem contemplatione, ut alijs diximus, an sui, uel alterius generis planta fuerit, statuere potuissemus, quod nunc affirmare nequimus, nisi iterum eiusdem Domini humanitate, mea gratia, fructum, si edat, perficere permittat, atque alia circa saporem, & uires obseruare. Quis, ut speramus, si antequam uolumen praelo dimittatur, obseruare simul cum alijs rarioribus contingat, in appendice ad librum calcem addendam proferemus.

De Datura uide que in nostro Phytobasano diximus cap. de Strychno Manico: & Caroli Clusij sebolia in Acoftam uolumine Exoticorum cap. 53. Sed etiam adde speciem flore pleno sub nomine Stramonij Aegyptij a doctissimo Ioanne Pona Veronense in suo Baldo monte, italiana lingua descriptam, & depictam, quam superius proxime indicauimus, cuius semen nobis ab eodem communicatum, & satum flore: protulit triplices: altero alteri insidente, ut primus, & exterior binos alios contineret, parum, & digitali serè gradu exortos. Secundum à primo, & sic tertium à secundo flore. Externa parte nigro-purpurea, interna uerò candidante, ut gratum oculis reddant aspectum. Ex his igitur quinque differentias nouimus. Primam uulgare Stramonium fructu rotundo deorsum spectante, & aspero. Secundam flore albo etiam, & fructu rotundo, sed folijs incisis per ambitum Xanthij modo, ut ab Acofta describitur. Tertiam similiter albo flore, & Xanthij folijs, sed fructu oblongo spinoso, & in quatuor angulos distincto, & sursum spectante, a nobis pro Solano manico propositam in Phytobasano, & à Clusio probatam. Quartam speciem flauo flore, & circa petiolum rubente. Quintam sub nomine tertii speciei ab eodem Acofta flore Hysocyami colore.

Flagellum.

Aliam speciem Mexicanam depinxit Autor postea lib. 5. cap. 57. radice fibris tenuibus diuisa,

Tlapati Stramonium.

Stramonij Aegyptij flore pleno.

Stramonij quinque species.

uisa, odore, & sapore Auisum referentibus, uiribus disparibus, cuius semen tacuit, uel non obseruauit. Pag. 281. Cap. 30. Tlapaca huastli.

Sab nomine Tlapacacabaalli parum variante à Tlapacabualli: Planta est depicta ad eod. similibus, ut eadem uideatur, fol. 424. Pag. ead. Cap. 31. Trifolia planta alia sunt spicosa, ut pratenses equorum pabulum, alia leguminosa & siliquosa, ut Phascolus, Medica, Cytisus, quarum flores imitantur Papiliones: alia quamuis ternaria folia emittant, sui uel alterius generis sunt, ut Trifolium acetosum, Hepaticum, Melilotus italica, Trifolium bituminosum, & haec de quibus alijs.

Pag. ead. Cap. ead.

Mungo, siue Phascolus orthocaulis.

Mungo, apud Indos orientales à Persis, ac etiam à Turcis dicitur Masc, quod ab Hispanis diceretur Max. Planta est tripedalis, hirsuta tota, folijs Phascoli nostratis effigie, & magnitudine, albicante hirsutie obtusis, caule erecto, nec procumbente, angulis quinque distincto, singulisq. geniculis auriculatis, ut in Phascolo, nunc in dexteram nunc in sinistram inflexo, alternatim longis petiolis barentibus, & ad cacumen usq. semper decrefcentibus. In summo ex foliorum alij breues producuntur petioli Septembri mense, in quibus flores parui ex uiridi lutescente colore languido, Phascolo similes, ex quibus Siliqua hirsuta triunciales in uostrum incuruam desucentes, per maturitatem rufescentes, in quibus dena semina distincta continentur, primum uirentia oblonga, teretia, ut in Phascolis latere barentia, in quibus est linea alba; sed non incurua, & perfecta nigrescentia, exiguis castaneis maculis variegata. Apud orientales in cibo frequens elixum semen, & huiusmodi conditum, uti alia legumina, quibus hoc in delicijs habetur, & suauius ac iucundius alijs uidetur. Satis semine post aliquot dies germen extra terram exurgit, turgidum capite bifido serè ex petiolo purpureo-rubente, ut in icona ima è regione. Postea hians emittit parumper foliola in summo seminis corticem deserentia; tertio, magis emissa foliola coniuncta ostenduntur, adbus seminis corucem habentia: quarto expansa foliola ex germen medio erupta: deinde caulem emittit, & in singulis geniculis ternaria folia, plantaq. perficitur. De Mungo Garzias ab horto lib. 2. cap. 21. haec refert. Est Mungo semen uiride, quod per maturitatem fit nigrum, Coriandri sicci magnitudine, pabulum est equorum, interdum etiam ab hominibus editur. Guzarate, & Decan incolae in febribus hoc modo utuntur.



Febricitans cibo abstinet per decem, nonnunquam per quindecim dies: post quos huius fructus decoctio illi propinatur, in quo nonnihil pulpae remanserit: deinde cortice de liberarum Mungo, & infiar Oriza coctum febricitanti exhibent; Panem uerò triticum non nisi post multos dies. Nasci etiam ferunt in Palestina hoc Mungo, Eius meminit Auicenna lib. 2. vocatq. Meisse. Bellunenensis eius interpres, Mens. Mex autem dici debere ab eruditus medicis Arabibus edoctus sum. Et nos à peritis Arabica lingua iam Mex, quam Max, interpretari posse. Auicenna lib. 2. tract. 2. cap. 499. sub nomine Meisse, haec habet. Integrum paululum siccat: cortice detracto in siccitate, & humiditate temperatum: cetera proximum naturae Fabae. Minus inflat, & deterget quam Fabae: citius per aluum descendit, minus refrigerat quam Lentacula: & addito Cardamomo in cibo salubrius est. Bonum succum

fuccum gignit præcipuè decorticatum, & coctum cum oleo Amygdalarum dulcium. Abie-
cto priore decocto iterum elixum alium colibet, & valentius addito Rhoe cum acidi Punici
fucco. Cum vino aut sapa, & Croco leuat cruciatus articulorum, & tussis, vultus, ruptisq.
auxiliatur.

Trochis-
pilicohis.

Pag. 282. Cap. 32.

Hanc Pena & Lobelius Cannacorum appellasse videntur, quia ipsi Cannam, quæ est Arundo,
& Acorum, referre videbatur, sed aliq. inter quos Camerarius in suo Matthiolo, potius
Xyphium, sive Gladiolum Indicum denominarunt, quia flore, & fructu trigono magis conuen-
nire existimarunt, & melius nostra etiam sententiâ, donec plenius observare contingat ex viva
planta. Lacbryma Lobi dicta, & Lithospermon maius ex genere miliaceo censetur: hac autem
potius bulbofo, & tuberoso accedit, nec aliq. nisi seminis duritie cum Lithospermo convenire potest.

Hortorum
recomit.

Pag. 287. Cap. 39.

Folia obscure virent, longa pollices quinque, lata vero quatuor in Recchi exempl.

Adenoptis

Pag. 288. Cap. 41.

Smilacis asperæ speciem aliam folijs non ovalibus, nec iuxta petiolos lunatis, vel sinuosis
cordatis figuram amulantibus, sed ventrisi, & latioribus circa petiolos, asperioribus vitiolita
densitate spinarum, nec duplices capreolos habentibus, singulis foliorum exortibus, aut alio mo-
do, ut in Mexicanis iconibus exprimitur, in Zacyntho Prosper Alpinus observavit, & in libro
suo de Plantis Aegyptiacis depinxit cap. 43. de qua vide illum affirmantem, esse Sarzam-
pillam, vel congenere viribus respondentem.

Quadrin-
capitis.

Pag. 290. Cap. 43.

An fructum ferant Sarza ista querendum est, nisi ab Auctore nullum proferre dicantur,
quod potius inobseruantia tribuendum conferemus. Nostrates Smilaces fructum facillè ferunt
racemosum, rubentem, alia verò nigrum, ut doctissimus Clusius observavit rar. stirp. lib. 1. c. 80.

Flachis-
ma.

Pag. 292. Cap. 46.

Sine dubio Heliotropium Dioscoridis maius refert prima icon, & reliquæ quodammodo sed
radice tam crassa, ut in tertia iconè bucusque nostris regionibus inobseruatum.

Triant-
opatis.

Pag. 294. Cap. 48.

Radix primæ colore fusco, purpurascens, secunde verò coccineo.

Zalomat.

Pag. 297. Cap. 51.

Solani bortenstis nostratis, folia commanducata calore aliquem in fine imprimere visa sunt
potius, quàm frigiditatem, quare potius emolliendo calore alpirante pars refrigeratur.

Coapatil.

Pag. 300. Cap. 56.

Tres plantas nomine Coapatil lib. 2. Aromaticas cap. 1. & 2. retulit.

Concin-
gatis.

Pag. 301. Cap. 57.

Auricula vrsi Herbariorum, & Alismati nostræ congener, vel eadem: cuius decocto luxati
articuli fouentur: nostras verò manifestè calefacere, sapore, & effectu colligitur, quamvis à
Matthiolo frigida sit putata. Vide qua in cap. de Alismate in nostro Phytobasano, & in cap. de
Paralytica montana cap. 98. minus cognit. stirp. in prima parte retulimus.

Pag. 301. Cap. 58.

Granadilla Hispanis. Flos Passionis Italis.

Cum sarmentis, capreolis, & flore non admodum distare videatur hac rariore aspectu iucun-
dissima planta, & exotica: hoc loco opportunè addi posse existimauimus, addita eius iconè cum
periticia eius, quàm à Monardo primam descriptam, sed non depictam habuimus: nec priu-
atim adeo obseruatam. Granadilla dicta fuit hæc ab Hispanis, qui primùm illam nostro detule-
runt. Orbi: à similitudine quadam cum fructu Mali Punici, cum interna, tum externa: nisi
partes illius obseruauerunt. Fior della Passione, nominata: Flor scilicet Passionis; eo quod non
paucis instrumentarum signa referat, quibus in Passione Domini nostri IESV Christi vbi sue-
runt ludæi, ut infra notatam. Quo nomine à Peruanis appelletur, & incolis regni de Quito, vbi
spontanea dicitur, ignoramus. Ibi frequens, & duorum generum, plantas scilicet esse admo-
dum

dum sarmentosas, magnamq. iter in seipibus implere legisse meminimus in quodam Historico &
Geographico manuscripto libello regni de Quito, multis abhinc annis tempore, quo Præfex erat
Neapoli Illustris. Comes de Lemos, qui illius regni Præfex antea fuerat. Vtinamque iterum
in manus peruisset libellus ille, ut generis differentiam, & descriptionem exciperet in studioso-
rum gratiam licuisset. Planta Neapoli culta apud R.P. Fr. Donatum de Eremita, naturalium
rerum studiosissimum, inter alias peregrinas quas alit, radice nititur viuace, perennis, fibrosa,
repente: fractu facili colore albicante ex pallido, sapore subdulci, recentem Fabam imitante;
natura Virginea, more Clematidis, sarmentis multis tenuibus, prolongis ex viridi rubentibus;


GRANADILLA FLOS PASSIONIS.



terramque tangentibus facillè sese propagantibus
ex geniculis, siue alis foliorum radicem
demittentibus, repentibus siue scandentibus
quacumque proxima fulcra, frutices, vel ar-
bores reperiat, quibus incumbat. Capreolis ex
singulis foliorum sinibus illas amplectantibus,
aut alioquin in sese contorquentibus, funiculos
imitantibus. Folijs trifidis lanceam imitan-
tibus, alternatim dispositis; quatuor uncias
quoquoersum magnitudine, per ambitum den-
se incisus, minutis serris dentibus, nervosis, ve-
nosissimis, rigentibus colore virente, & circa petiolum
benas quasdam exuberantias habentibus mag-
gis virentes, & Mellij magnitudine, quod in
aliorum folijs vix obseruatur. Olore grauis
Xyridis, & acri pariam sapore. Floribus ex
singulis foliorum alis, quotidie totâ Aestate
ad Autumnum usque emicantibus, odore
iucundo Mellij vel Hyacinthi: effigie pri-
mum antequam pandantur Nigelle fructus
folioso virente calyce imitantibus, oblongis, an-
gustis, longo petiolo ferè trigono insidentibus, in
quinos apices desinentibus, totidemq. folia non
rostrata claudentibus: quibus deinde debisen-
tibus, candida intus, & caua foliola conspiciun-
tur. His insident rota dentarum sarrabiarum

Alii crassitudine, duplici ordine dissecta, purpureis maculis suffusa, quibus flagella imitari vi-
dentur, sanguineis guttis aspersa, quarum superiores rectis filamentis brevioribus pariam ex-
panduntur, inferiores verò rote longioribus, illisq. in extremo aduncis uno cursu, quia ob maio-
rem illorum longitudinem, cauis calycibus foliorum comprimebantur. Amba quinquagenis, aut se-
xagenis circa filamentis dissectari, obseruauimus in nouella planta. Ex harum & internarum
altarum brevissimarum umbilico stylus siue colus, effigie columna cum basi, vel imo torculo, lon-
gitudine ferè unciali assurgit erectus, rotundus, laevis, dilute virens, globulum pariam oblongum
pro capitulo eodem colore sustinens: hic verò parte imâ, qua heret columna lateis quingue la-
teis pendulis circumdispositis coronatur: ex obliquis crassiusculis, maculosis petiolis pariam in-
mo tres capitati clauis erecti oblongi assurgunt, ex viridi albicantes, trigono positi inter se distan-
tes in summas, & parum contorti, litteram S, oblongam imitantes, quâquam eorum
lorem distinctis, & superâ parte leni incisurâ diuisis, ut bifida capita videantur, quâquam eorum
singuli obseruantur, huic plantæ naturâ ternis: verum aliquando ob nimium humorem quatuor, &
quinque non raro conspiciuntur. Mandè, ut annotauimus, Augustomense hora decimâ quartâ
debiscebant flores: tota die hiantes manent, nocte clauduntur, nec amplius aperiuntur, sed
stauscunt & decidunt; nisi, quod raro, nostro Cælo fructum gerunt exarabantem. Mali Appij
magnitudine rotundus, colore cinereo tribus distinctum cellulis, quæ etiam in integro fructu anti-

maduerunt, ob lenem quandam extuberantiam, & trianguli effigie in summo circa apicem, Acinos intus continet oblique dispositos, centrum petentes, non à summo dependentes, ut quidam depinxerunt: similes quoddammodo illis Mali Punici, vulgo Granato dicti (unde nomen huius Granadilla, quasi paruum Granatum) duplo maiores, basi caua, quæ petiolo hærent, in acutum de sinetis, minimè anguloso & lato capite, ut in Punico sunt, candidantes, diaphani, & mollioribus. Semina intus Mali formæ & nigra, quod intra carnem acinorum diaphanam succosam, & mollem apparet, effigie quadam cordis æmula, & exceptum ab illa, caute punctis impressis asserunt cernitur, medullam habent candidam, & serè inspissatam: Augusto mense habuimus. Excocato fructu, semina intus, ut in Cucurbita, si agitetur, crepitant: Inueniuntur etiam dissecto fructu semina ad huc nigra, carne illà obducta, exucta, viscosa, nigricante, dulcique sapore, veluti Cassia fistula, & alia detecta, & soluta ex flauo candidantia, asperiora, oleo veluti cortice, datâ proportionem Persici Mali ossibus similia, non enim cortice ut in Pyro, vel Malo, sed oleo serè tegumento obducuntur. Huius planta cortex est veluti coriaceus, ut Colocynthis, intus caritilagineus candidans, odore suavissimo, & gratissimo, sed remisso. Acinorum recentium sapor in maturo fructu ex dulci ad acidulum vergit, admodum alui lenire, & subducere potius quàm grauari. Flos ipse ob signa Passionis Domini deuotè in eius memoriam habuit, & gestibus, immundos spiritus arcere existimatur, atque contra incantamenta, & veneficia valere. Aprilis mense erumpit, & Autumno perficitur. Fluminum ripas adamare Petrus de Cieza in historia Peruana part. 1. cap. 28. bis refert verbis. Amplam istam vallem de Lile dictam, in qua oppidum Cali, medium fecat flumen, cuius ripæ abundant fructibus eius loci, inter quos gratè admodum saporis, & iucundi odoris est Granadilla nuncupata. Monardus, in historia simpl. med. noui Orbis ait, in montibus oriri sponte, & historiam narrat, quam latine redditam vide in Exotic. volumin. doctis, Caroli Clusij, Vanum est denique interimi Muscas supra folia insidentes, quæ diu sine noxa in illis morantur, & aliquam ab Aranea interceptam inuenire facillè fuit. Huius iconem, & breuem historiam aneis typis expressam, GRAN. F. PASS. FLOS ET FRUCTVS.



nobisque dicatam, cum floribus, fructu, & semine obseruatis, primus omnium in Italia publicè iuris fecit anno 1622. R. P. Fr. Donatus de Eremita, supra nominatus, sed naturalium minorem adiunximus, ut facilius sit cognitio, & maior aspectu delectatio in alia tabella, in qua deinde quid amplius à nobis, quod hucusque à nemine fuit obseruatum: præsertim fructum, non ex imo flore, vel floribus basi, in imo petiolo in quo nodus est, supra illa exigua foliola bina, nec ex columna sue stylo floribus, qui etiam torulo distinctus apparet, & striatus more columnarum Iontarum, colore etiam distinctus rufescente, sed ex globulo illo superno clauso præsertim perfici, ut ex pictura liquet efflata ex fructu cum ramulo nobis misso, ex summa viticula dependente ab Illustris. & Excellentis. D. Andrea Matthæo Aquauiniuo Casertæ ciuitatis Principe, atque clarissimo auri velleris Equite, ac Regiæ Maiestatis Catholice à consilijs status, ex horto suo Casertano rariorum amantate florum instructissimo: quibus præter alia virtutum exercitia delectatur adeo, ut pro illis adipiscendis nullis omnino parcat impensis, quod iam non solum Floripolis, & Bulbipolis Belgicis, sed & alijs quibuscumque satis notum est.

Pag. 303. Cap. 59. Alterius folij imaginem, non solum alterum insidens habere, iam Auctor noster quàm Monardus scripsit.

Cera Pe-
ruina.

Pag. ead. Cap. 60.

Cocostixi
huil.

An potius ad Thymelææ speciem referenda?

Pag. 304. Cap. 64.

Qualanca-
patis
Pacifica.

Qualancapatis Mexicano nomine dicta hæc planta, nostra verò lingua ab ipsomet Auctore lib. 1. cap. 5. irati hominis medicina, quia bilaritatem inducit, & iram mulcet. Quæ potius ad animum, quàm ad corpus pertinere videntur: Sicuti quæ Oceloxochtil lib. 7. cap. 30. bilaritatem asserre dicitur: sed hæc ablata causa intrinseca, quæ à contrario naturæ pharmaco erat illata. In nostra verò planta, nihil de intrinseca, sed potius de extrinseca iniuria refertur. Quare quod planta hæc hominè modo ab intrinseco humore irritato, sed vel ab extrinseca etiã causa irato medeatur, & sic animo potius quàm corpori, maxima eius virium efficacia est tribuendum, quia vesanum illum, ac furem in hominibus ignem restinguere possit, impetuque ad blandam temperiem reducendo sedare, unde Pacificam libuit vocitare.

Pag. 305. Cap. 66.

Tlacob-
chil.

Huius icon sub nomine Tezompotenci reposita est lib. 6. huius voluminis folio, 191. cap. 16. cuius folia effigie maioris Conizæ serrata, longa pollicestres, & lata unum, venis lutescentibus, colore dilutè virentia, sicuti florum calyces, flores verò dilutè ex albo violacè depinguntur in Recchi exempl. atque pappos. Radice longa, fibrosa, & fibris stauicantibus, non parum effigie, & viribus Conizæ respondens, & Barbarorum Tharalhan, de qua vide cap. 42. de Eupatorio in nostra minus cognit. stirp. historia part. 1. Romæ impressa.

Tharalhan
Barbarorum.

Pag. 307. Cap. 70.

Tzacumipa
tili.

Recchi Collega noster putat Ranunculi congenerem, eoque magis quia radice variat tuberosa, & glandulosa, nostro Ranunculo bulboso leptomacrophylo gramineo folio æffinis sortè, in nostra 1. part. minus cognit. stirp. cap. 141. descripto. An autem banc, vel congeneris similiti folio, vel potius angustifolium Arisarum, quod Samnites, eo quod angustè, & oblongè virenti folio excat, primis Ciborijs folijs æmulo Cicchorium venenatum appellant, frequens in monte Maiella, intellexerit Theophrastus in cap. de Aconito, quod frumento simile dixit, breuem herbam folio cicboreaceo, radice nucis proxima tuberosa, nisi quia semine ait esse non spicosis, viribus tamen putrefactorijs, siue causticis simile non parum hæstandum, si textus, ut iacet, sit incorruptus, Vide quæ in cap. de Scorpione, siue Thelyphono Theophrasti diximus in 2. part. minus cognit. stirp. cap. 19. Arisari quidem fructus potius racemosus, quàm spicosus dici debet, folia verò tam Cicchorium non incisum, quàm frumentum possunt referre, & in tactu obseruatur à feris.

An Aconiti
frumen-
to simile
Theoph.

Pag. 309. Cap. 74.

Xicama.

Plantam banc virentem vidimus præteritis annis in cultissimo Exoticarum stirpium horto Romæ ad ades Illustris. Cardinalis Farnesij, & edulem esse accepimus.

AD LIBRVM NONVM.

Pag. 315. Cap. 1.

Ayetochili.

Χελόνιον, siue testudinati Porcellionis nomine animal depinximus, atque descripsimus: rarum profectò animal, nec nostro Cælo visum, in nostro Plantarum volumine, cui titulus, minus cognit. stirp. Ephrasij, in Aquanilium, & Terrestrium obseruationibus cap. 7. Ex qua nostra exactiore tegminis animalis, ni fallimur, iconè, in quibus differat ab illa proposita à doctissimo Clusio in suo Exoticorum volumine lib. 5. cap. 15. & hæc Mexicana, quamvis ex ipsa aspectu dignosci possit, ad faciliorem tamen eorum cognitionem paucis exponemus. Differt quidem nostra icon ab illa Clusij, medijs illis tabellis, quibus animal contrahi, atque produci potest, nam in illa Clusij tres in animalis medio depinguntur æquales zonæ, siue fasciæ totum corporis ambitum cingentes: in nostra verò ille non æquales, sed in tegminis clauiculis, siue articulis utrinque in acutum desinunt nouellæ Lunæ modo, & in medio in elatiore parte latiores sunt admodum, ut cum animal conglobatur, superna tegminis pars circularis diametri longitudine, amplius extensa dorsum contegere possit, & quia cartilagine quadam coniunguntur, cum animal se exerit, & producitur, illæ contrahuntur, ita ut illa serè proportio, quæ est diametri ad se-

Cheloni-
tis Auk-
tis.

Differentia
imaginum
Tæou Au-
toris, &
Clusij.